



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Quid sit Simonia, & quale peccatum cap. 84. &. 85.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

excedant. Vnde turpis abusus videtur in multis, inquit Toletus, qui supra conditionem & merita pluribus onerantur pensionibus,

*Quid sit simonia, & quale peccatum. Cap. 84. & 85.*

**S**imonia est studiosa voluntas contractandi pretio rem spiritualem. Spirituality sunt in quadruplici differentia, quaedam essentialiter, ut virtutes & dona Spiritus sancti, quaedam causaliter, ut septem Ecclesiae Sacramenta, Aqua benedicta, Catechismus, Exorcismus, & Chrismatis consecratio, quae sunt causa praedictorum. Quaedam effectiuè, ut concionari, cantare in choro, sepelire mortuos, &c. quae sunt operationes à spirituali potestate procedentes, & in Deum ordinata. Alia ex quadam conatione, cum rebus spiritualibus, quae

rum alia ad officium spirituale ordinantur, vel ab eo dependent, vt beneficia ecclesiastica. Quædam ad spiritualia præparant, vt vasa sacra, vestes, candelæ benedictæ, cæpanæ, &c. nihil ergo horum licet aut emere, aut vendere, aut vllomodo contractare, pretio æstimabili pecunia, siue pretium illud sit à munere, siue à lingua, siue ab obsequio, alioquin Simonia cõmittitur, quæ de genere suo est mortale gravissimum contra illud Domini præceptum. Gratis accepistis, gratis date, Matth. 7. atque adeo contra ius diuinum, contra naturale verò quia in eo veditur quod non est venale, aut pretio æstimabile, nec vendentis vt qui sit tantum dispensator rerum spiritualium, ac præterea contra ius Canonicum, quamuis permutare beneficia sine Papæ licentia, & pensiones temporales, & medias vèdere, sit tantum iure canonico vetitum.